nomen dñi ihu: suadebatq; iudeos et grecos. Cum autē uenissent de macdonia sy las et timotheus instabat uerbo pauli? testificans iudeis esse xp̄m ihm. Contra dicentib; autē eis et blasphemantib; excusens uestimenta sua dixit adeos. Sanguis ur̄ sup caput ur̄m: mundus ego ex hoc ad gentes uadom. Et migrans inde in trauit in domum cuidam nomine titi iusti colentis dñm: cui domus erat coniuncta sinagoge. Crispus autē archisynagogus credidit dño cum omni domo sua: et multa corinthior audientes credebant. et baptizabant. Dicit autē dñs nocte p̄usionem paulo. Non timere. sed loque te et ne taceas. propter quod ego tecum sum et nemo apponetur tibi ut noceat te: qm̄ ppl̄s est m̄ multus in hac ciuitate. Sedit autē annum et sex menses: docens apud eos uerbū dei. **L** **G**allione autē p̄consule achaie. insurrexerunt uno animo iudei in paulū. et ad duxerunt eū ad tribunal dicentes: qā contra legem hic suadet hominib; colere dñm. Incipiente autē paulo aperire os: dixit gallio ad iudeos. Si quidem eēt iniquū aliquid aut facimus pessimum. o uiri iudei: recte uos sustinerem. Si uero questiones sunt de uerbo et nominib; legis ur̄e. uos ipsi uideritis: uider ego horū nolo eē. Et minauit eos a t̄bunali. Apphendentes autē om̄s greci sostenen principē synagoge. perciebant eum ante tribunal: et nichil horū gallioni curie erat. Paulus uero cum adhuc sustinuerat dies multos. fr̄ib; ualefaciens nauigauit syriam. et cum eo priscilla et aquila: q̄ sibi totenderat in cencris caput. Habant enim uotū. Deuentq; ephesum: et illos ibi reliquit. Ipse uero ingressus syna-

gogam: disputabat cum iudeis. Rogauitib; autē eis ut ampliori tempore manaret non consensit. sed ualefaciens et dicens oportet me sollempnē diem aduenientē facere iherolimis. et iterum reuertar ad uos dō uolente. p̄fectus est ab epheso. et descendens cesareā ascendit et salutauit eccliam. et descendit antiochiam. Et facto ibi aliquanto tempore p̄fectus ē pambulans ex ordine galaciam regionē. et phrigiam. confirming om̄s discipulos. **v**ndeus autē quidā appollo nomine **L** **A**lexandrinus natione vir eloquens dicebat ephesum: potens in sc̄pturis. hic erat edocitus uiam dñi. et seruens sp̄u loquebatur et docebat diligenter ea que sunt in ihu: sciens tantū baptismū ioh̄is. **H**ic q̄ cepit fiducialiter agere in synagoga. Quem cum audisset priscilla et aquila assumperunt eum: et diligentius exposuerunt ei uiam dñi. Cum autē uellet ire agaiam: exhortati fr̄es sc̄pserunt discipulis ut susperarent eum. Qui cum uenisset: contulit multū his qui crediebant. Uehementē enim iudeos renuebat publice: ostendens p̄ sc̄pturas esse xp̄m ihm. factum est autē in dieb; illis cum apollo esset corinthi. ut paulus p̄agritatis superioribus partib; ueniret ephesum. et inueniret quoddam discipulos: dixitq; ad eos. Si sp̄m sc̄m accepistis credentes? At illi dixerunt ad eum. Sed neq; si sp̄c sc̄s est audiuius. Ille uero att. In q̄ ergo baptizati estis? Qui dixerunt. In iohannis baptismate. Dicit autē paulus. Ioh̄es baptizauit baptismo penitentie ppl̄m. dicens mecum qui uenturus esset post ipsum ut crederent: hoc est in ihm. His auditis: baptizati sunt in nomine dñi ihu. Et cum iposuisset illis

mamum paulus. uenit sp̄c sc̄s sup̄eos: et loquebant̄ linguis et pp̄hetabant. Erant autē om̄s iuri fere duodecim. Introgress⁹ autē synagogam. cum fiducia loquebāt̄ p̄ tres menses: disputans & suadens de regno dī. Cum autē quidā indurarent̄ et n̄ crederent maledicentes iuain dñū. coram multitudine: discedens ab eis segregauit discipulos. cotidie dispeccans in scola tyrami curusdam. hoc autē factum ē p̄ biennū: ita ut omnes qui habitabant in asia audi rent uerbum dñi. uidej atq; gentiles. Uir tatesq; non modicas q̄slibet d̄s faciebat p̄ manus pauli. ita ut etiam sup̄ languidos deferrent a corpore aus sudaria uel semi cincia: et recedebant ab eis languores. et sp̄c nequā egrediebant̄. **LII.** Temp tauerunt autē quidam et de circueuntib; iudeis exorcistas. inuocare sup̄ eos qui habebant sp̄c malos nomen dñi ih̄u dicentes. adduero uos p̄ ih̄m quē paulus p̄dicat. Erat autē quidam sceue iudei principis sacerdotum septem filij. qui hoc faciebant. Respo dens autē sp̄c nequam dixit eis. Ih̄m nouj et paulum scio: uos autē qui estis? Et in siliens homo in eos in quo erat demonū pessimum. et dominatis amboz inualuit contra eos: ita ut nudi et uulniciati ef fugerent de domo illa. Hoc autē notum factum ē omnib; iudeis atq; gentilib; q̄ habitabant ephesi: et cecidit timor super om̄s illos. et magnificabat̄ nomen dñi ih̄. multaq; credentium uenabant̄ confitentes et annunciantes actus suos. Muli autem ex his qui fuerant curiosa sectati. contulerint libros et combusserunt corā omnib;: et cō putatis precijs illoz inuenierunt pecunia denarioz quinquaginta milii. Ita fortiter uerbum dñi crescebat et confirmabatur. His autē expletis. p̄posuit paulus in sp̄u

transita macedonia et achaia ire iherōtimam dicens: qm̄ postquā fieri ibi oportet me et romam uidere. Mittens autem vi macedoniam duos ex ministrantib; sibi timotheū et erastum: ipse ad tempus remansit in asia. **LIII.** Facta est autē in illo tempore turbatio n̄ minima de iua dñi. Demetrius enim quidam nomine argentarius. faciens edes argenteas diane: prestabat artificib; n̄ modicum questū. Quos conuocans et eos qui eiusmodi erant opifices dixit. Viri sci tis quia de hoc artificio acquisitio est nobis: et uidetis et auditis. quia n̄ solum ephesi. sed pene totius asye paulus hic suadens auertit multā turbā dicens. qm̄ n̄ sunt dij qui manib; fiunt. Non solum autē hec periclitabit̄ nobis pars in redar gitionē uenire. sed et magna diana ephesiorum. Et impleta est ciuitas confusionē: et impetum fecerunt uno animo in theatrū. rapto gaio et aristargo macedonib; comitib; pauli. Paulo autē uolente intiare in ppl̄m: n̄ pmiserunt discipuli. Quidam autē et de asy principib; qui erant amici eius misserunt ad eū rogantes ne se daret in the atrum. Alij aut̄ aliud clamabant. Erat enim ecclia confusa: et plures nesciebant qua ex causa conuenissent. De turba autē detraherunt alexandrū. pp̄pellentib; eum iudeis. Alexander ḡ manu silentio postulato: uolebat rationē reddere populo. Quē ut cognoverunt iudeū esse: uox facta ē una omniū quasi p̄ horas duas clamantū. magna diana ephesiorum. Et cum sedasset scriba turbas dixit. Vir ephesij. quis enim ē hominū q̄ nesciat

ephesiorum ciuitate. curtrice esse mag-  
ne diang iousq; pls.<sup>o</sup> Cum ḡ his contra-  
dici non possit: oportet uos sedatos esse.  
et nichil temere agere. Adduxisti enim  
homines istos: neq; sacrilegos. neq; blas-  
phemantes deam urām. Quod si deme-  
trius et qui cum eo sunt artifices. habent  
aduersum aliquē carissam: conuentus fo-  
renses aguntur et pconsules sunt: accu-  
sent iniucem. Siquid autē alterius re-  
queritis: in legitima ecclia poterit absol-  
ui. Nam et peditamur argui seditionis  
hodiernae: cum nullus obnoxius sit de q̄  
nos possimus reddere rationē concurs⁹  
istius. Et cum hec dixisset: dimisit ecclām.

**P**ostquam autem cessauit tumult⁹. LXXX.  
uocatis paulus discipulis exortatus  
eos uale dixit: et pfectus est ut iret in  
macedonā. Cum autē pambulasset parte⁹  
illas. et exhortatus eos fuissest multo ser-  
mone: uenit ad greciam. Vbi cum fuis-  
set menses tres. facte sunt illi insidie a  
iudeis nauigatio in syriam: habuitq;  
consilium ut reuerteretur p macedoniā.  
Comitatus est autē eum sōspater pyr-  
ribervensis: thessalonicensium u aristar-  
cus. et secundus. et gaius. & derbeus. et  
thymotheus: asyam uero titus et thō-  
simus. Hi cum precessissent: sustinuerunt  
nos troade. Nos u naugauimus post  
dies azimor a philippis. et uenimus ad  
eos troadā in diebus quinq;. ubi de-  
morati sumus dieb; septem. In una  
autem sabbati cum conuenissimus ad  
frangendū panē. paulus disputabat  
eis pfecturus in crastinū. ptaxitq;  
sermonē usq; in mediā noctem. Crant  
autem lampades copiose incenaculo:  
ubi eramus congregat. Sedens autē qui-  
dam adolescentis nomine euticus sup fene-

stram: cum mergeret sompno graui dis-  
putante dñi paulo. ductus sompno cecidit  
de tertio cenaculo deorsum: et sublatus  
oblatus est mortuus: Ad quē cum int̄ro-  
isset paulus incubuit sup eum: et comple-  
xus dixit. Nolite turbari: anima enim  
ipsius in eo est. Ascendens autē frangitq;  
panem et gustans. satisq; alloquitus  
usq; ad lucem: sic pfectus est. Adduxerit  
autē puerū uiuentē: et consolati sunt n̄  
minime. Nos autē ascendentis nam  
naugauimus in assōn. inde suscepimus pan-  
num. Sic enim disposuerat ipse p terra ter-  
faturus. **L**xxv. **C**um autē inuenisset  
nos in assōn. assumpto eo uenimus maledi-  
cē: et inde naugantes sequenti die ueni-  
mus contrahū. Et alia die applicum⁹  
samū: et sequenti die uenimus maledicē.  
Proposuerat enim paulus transnaugare  
ephesum: ne qua mora illi fieret in asia.  
festinabat eum si possibile sibi esset: ut  
diem pentecosten faceret iherolimis. Am-  
leto autē mittens ephesum paulus: uoca-  
uit maiores natu ecclīg. Qui cum uenis-  
sent ad eum et simul essent: dixit eis.  
Vos scitis a prima die qua ingressus  
sum in asyam. qualiter uobiscū p om̄e  
tempus fuerim seruens dñō. cum om̄i  
humilitate et lacrimis et temptationi-  
bus. que m̄ acciderunt ex insidie iudeo-  
rum: quom̄ nichil subtraxerim uobis utili-  
um. quo munus annunciarē uobis et  
docerem uos publicē. et p domos testifi-  
cans iudeis atq; gentilib; in dñm peniten-  
tiam. et fidē in dñm nr̄m ih̄m xp̄m. &  
nunc ecce alligatus ego spū uado in  
iherolim. que in ea uentura sint michi ig-  
norans: nisi quod sp̄c sc̄s p om̄is ciuitatēs  
p̄testatur michi dicens; qm̄ uincula et  
tribulationes me manent. Sed nichil

horum uerbor. nec facio animā meā precio  
siorem quā me. dum modo consūmem cur-  
sum meū. et ministerium uerbi qd acce-  
pi a dñō ihu. testificari euangēm grē dī.  
**L**et nunc ego scio quia amplius nūidebtis  
faciē meā. uos om̄s p̄ quos transiui p̄di-  
cans regnum dī. Quapropter contestor  
uos hodierna die: quia orundus sum a  
sanguine omniū. Non enim subter fugi-  
quominus annunciarem omne consiliū  
dei uobis. Attendite uobis. et uniuerso  
gregi in quo uos sp̄c s̄c posuit episcopos  
regere eccliam dī. quam acquisiuit san-  
guine suo. Ego scio qm̄ intrabunt post  
discensionē meam lupi rapaces in uos non  
partentes gregi: et ex uobis ipsis exurgent ui-  
ti loquentes puersa. ut abducant disci-  
pulos post se. Propter quod uigilate me  
moria retinente: qm̄ p̄ triennū nocte &  
die n̄ cessau cum lacrimis monens unū  
quemq; urm̄. Et nunc commendo uos  
deo et uerbo grē ipsius: qui potens est  
edificare et dare hereditatē in sc̄ificatiſ  
omnib;. Argentū aut̄ et aurū aut ue-  
stem nulli concipiui. ipsi sc̄itis: qm̄ ad ea  
que michi opus erant et his q̄ metū sūt  
ministrauerū manus iste omnia. Osten-  
di uobis. qm̄ sic laborantes opottet susci-  
pere infirmos. ac meminisse uerbi dñi ihu:  
qm̄ ipse dixit. Beatus est magis dare q̄  
accipere. Et cum hec dixisset: positis gemi-  
bus suis cum omnib; illis orauit. Magnū  
aut̄ fletus factus ē omniū: et procum-  
bentes sup̄ collum pauli osculabantur  
eum. dolentes maxime in uerbo quod dix-  
erat. qm̄ amplius faciem ei n̄ essent ui-  
suri. et deducebant eū adnaum. **LVI.**  
**C**um aut̄ factum esset ut nauigare  
mis abstracti ab eis. recto cursu uenim⁹  
choum: et sequenti die rodū. et inde

pātaram. Et cum inuenissemus nauim tran-  
fritantē in fenicē: ascendentes nauigauimus.  
Cum puenissenus aut̄ cypriū. relinquentes  
eam ad sinistram nauigauim⁹ in syriam. et  
uenimus tyrum. Ibi enim nauis erat expo-  
situra onus. Inuentis aut̄ discipulis man-  
simus ibi diebus septē: qui paulo dicebant  
p̄ sp̄m ne ascenderet iherosolimā. Et exple-  
tis dieb; pfecti ibamus. deducentib; nos  
omnib; cum uxoribus et filiis. usq; foras  
ciuitatē: et positis genibus in litore oraui-  
mus. Et cū ualefecissimus inuenimus. ascen-  
dimus nauim: illi aut̄ redierunt in sua.  
Nos ū nauigatione explicita. at tyro de-  
scendimus p̄tholomaia: et salutatis frib;  
mansimus die una apud illos. Alia aut̄  
die pfecti uenimus cesarea: et intrantes  
domum philippi euangēlistę qui erat unus  
de septem. mansimus apud eum. Huic  
aut̄ erant filii quatuor uirgines. prophetan-  
tes. **LVII.** **E**t cum ibi moraremur p̄  
diē aliquot. supuent quidā a iudea pp̄ha  
agabus. Is cum uenisset ad nos tulit zo-  
nam pauli: et alligauit sibi pedes et manus  
dixit. Hec dicit sp̄c s̄c. Virum cuius est  
zona hec sic alligabunt in iherlm̄ uidej:  
et tradent in manus gentiū. Quod cū  
audissemus: rogabam⁹ nos et qui loci illi⁹  
erant. ne ascenderet iherolimam. Tunc  
respondit paulus et dixit. Quid facitis  
flentes. et affligenates cor meum? Ego e-  
mī non solū alligari sed et mori in ihera-  
salem paratus sum. ppter nom̄ dñi ihu.  
Et cum ei suadere non potuissent:  
quecumus dicentes. Dñi uoluntas fiat.  
**LVIII.** Post dies aut̄ istos prepa-  
rat⁹ ascendebamus iherlm̄. Venerunt aut̄  
quidam ex discipulis a cesarea nobiscum:  
adducentes secū apud quē hospitaremur  
nalonē quendam cypriū antiquum

discipulū. Et cum uenissimus iherosolimam: libenter excepunt nos frēs. Sequenti autē die introbat paulus nobiscum ad iacobum: omnesq; collecti sunt seniores. Quos cum salutasset: narrabat p singula que fecisset d̄s in gentib;. p misteriū ipsius. At illi cū audissent magnificabant d̄m: dixeruntq; ej. Vides frater quod milia sunt in iudeis qui credider̄t: et omnes emulatores sunt legis? Audierunt autē de te quia dissensionē doceas a moysi eorū qui p gentes sunt iudeorū dicens. non debere eos circumcidere filios suos: neq; scđm consuetudinē ingredi. Quid ḡ est? Itaq; oportet conuenire multititudinē: audient enim te supuens se. Hoc ḡ fac quod dicimus. Sunt nob̄ iuri quatuor: uotum habentes sup se. His assumptis sanctifica te cum illis. et impende in illis ut radant capita. et scient omnes qua que de te audier̄t falsa sunt. sed ambulans et ipse custodiens legem. De his autē qui crediderunt ex gentib; nos sc̄psimus iudicantes ut abstineant se ab ydolis immolatio. et sanguine suffocato. et fornicatione. **LXXXIIII.** Tunc paulus assūptis uiris. postera die purificatus cū illis intravit in templū: annuntians expletonē dierum purificationis. donec offerretur p uno quoq; eorū oblatio. Dum autē septē dies consumarent̄ hi qui de asyā erant iudeicum uidissent eum in templo coniectare. ruit omnē populum: et inierunt q̄ manus clamantes. Viri isti adiuuante. hic est homo qui aduersus populum et legē et locum hunc omnes ubiq; docens. insup et gentiles induit in templū: et uolauit sc̄m locū istum. Uiderant enim trophum ephe-

sium in ciuitate cum ipso: quē estimauer̄ qm̄ in templū introduxisset paulus. Com mota q; est ciuitas tota. et facta ē concursio ppli: et apprehendentes paulū trahebant cum extra templū et statim clausi sunt ianue. Querentib; autē cum occidere nunciatum ē tribuno cohortis. quia tota confundit̄ iherolim. Qui statim assumpsit militib; et centuriomib; decucurrit ad illos. Qui cum uidissent tribunū et milites: cesauerunt pcuttere paulū. Tunc accedens tribunus apprehendit eū. et uissit eum alligari catenis duab; et interrogabat quis ēēt. et quid fecisset. Alij autē alii clamabant in turba. & cum non posset certum cognoscere pre tumultu: uissit duci eum in castra. Et cum uenisset adḡdus: contigit ut portaret amilitib; pp̄ter unū ppli. Sequebat enī multitudo populi clamans: tolle eum. Et cū cepissit induci in castra: paulus dixit tribuno. Si licet michi loqui aliquid ad te. Qdixit. Greci nosti? Nonne tu es egypcius qui ante hos dies tumultum concitasti: et eduxisti populu in desertum quatuor milia uiroy sycariorū? & dixit ad eum paulus. Ego ho mo quidē sum iudeus a tharso calice: nō ignore ciuitatis municeps. Ego autē pmitte michi loqui ad pplm. Et cum ille permisisset. paulus stans in gradibus. annuit manu ad plebem: et magno silencio facto. alloquutus ē hebraica lingua dices. **LXV.** Viri frēs et patres audite: quā ad nos nunc reddo rationē. Cum audissent autē quia hebraica lingua loqueret̄ ad illos: magis prestiterunt silentū. & dixit. Ego sum uir iudeus natus tharso calice. nutritus autē in ista ciuitate. secus pedes gamaliel eruditus iuxta ueritatē paternę legis. emulator legis sicut et uos omnes

estis hodie. qui hanc uiam psequutus sum  
usq; ad mortem. alligans et tradens in custo-  
dias viros ac mulieres. sicut pnceps sacer-  
dotum in testimoniu reddit. et omnes  
maiores natu: a quibz et eplas accipies  
ad frs damascum pgebam. ut adducerem  
inde iunctos in iherlm ut punirentur.  
Factum est autem cunte me et appropinqui-  
te damasco. media die subito de celo cir-  
cumfulxit me lux copiosa: et decidens in  
terram audiri uocem dicentem michi. Sau-  
le saule. quid me psequeris? Durum est  
tibi contra stimulum calcitare. Ego au-  
tem respondi. Quis es dñe? Dixit q; ad  
me. Ego sum ihc nazarenus: quem tu  
psequeris. & qui mecum erant lumen  
quidem uiderunt: uocem autem non audie-  
runt eius qui loquebatur mecum. Et  
dixi. Quid faciam dñe? Dominus autem dixit ad  
me. Surgens uade damascum: et ibi t  
dicetur de omnibz que te oporteat face-  
re. Et cum non uiderem pre claritate lu-  
minis illius: ad manum deductus a com-  
tibz ueni damascum. **LXI.** **A**nania autem  
guidam uir secundum legem testimo-  
nium habens ab omnibz habitantibz da-  
masco uideis: ueniens ad me et astans  
dixit mihi. Saule frater respice. & ego ea  
den hora respicerem in eum. At ille dixit.  
Ds patrum nrorum preordinauit te ut  
cognosceres uoluntatem eius. et uideres  
iustum. & audires uocem ex ore eius: quia  
cris testis illius ad omnes homines. eorum  
que uidisti et audisti. Et nunc quid  
moraris? Exurge et baptizare. et ablue-  
petata tua: in uocato nomine ipsius. Fa-  
ctum est autem reuertenti mihi in iherlm. &  
oranti in templo fieri me in stupore  
mentis: et uiderem illum dicentem michi  
festina et exi uelociter ex iherlm: quoniam non

recipient testimoniu tuu de me. Et  
ego dixi. Domine ipsi sciunt quia ego eram  
concludens in carcere. et cedens per synago-  
gas eos qui credebant in te. Et cum fun-  
deretur sanguis stephani testis tuu ego  
abstabam et consentiebam: et custodiebam  
uestimenta interficiendum illuu. & dixit  
ad me. Vade: quoniam ego ad nationes longe  
mitta tecum. Audiebant autem eum usq; ad  
hoc uerbū: et leuauerint uocem suā dicens.  
Tolle de terra huiusmodi hominem?  
non enim fas est eum uiuere. Vociferantibz  
autem eis. et picientibz uestimenta sua. et  
puluerē iactantibz in aerem. uissit tribu-  
nus induci eum in casta. et flagellis cedi-  
et torqueri eum: ut sciret propter quā causā  
sic acclamarent eum. & cum astrinxisset eum  
loris: dixit afflanti sibi centurioni paulus:  
Si homo romanu et uideinatus licet nobis  
flagellare? Quo auditio centurio accessit  
ad tribunū: et nuntiauit ei dicens. Quid  
acturus es? Hic enim homo ciuis roma-  
nus est. Accedens autem tribunus dixit il-  
li. Die mīsi tu romanus es? At ille dixit.  
Etiam. Et respondit tribunus. Quā facile  
te ciui romanum dicas esse. Ego multa pecu-  
nia ciuitatem hanc consequitus sum.  
& paulus ait. Ego autem et natu sum.  
Protinus ergo discesserunt ab illo: qui eum  
torturi erant. Tribunus quoque timuit:  
postquam resculuit quia ciuis romanus et.  
et quia ligasset eum. Postera autem die no-  
lenus scire diligentius quia ex causa accusare  
tur a uideis. soluit eum et uissit sacerdotes  
conuenire & omne concilium: et producens  
paulum statuit inter illos. **LXII.** **I**tendens autem concilium paulus ait. Viri frs.  
ego omni conscientia bona conuersatus sum  
ante dñm. usq; in hodiernum diem. Prin-  
ceps autem sacerdotum ananas precepit.

stantib; sibi p̄ci tere os eius. Tunc paulus ad eum dixit. Periculat te d̄s pari es dealbate. Et tu sedens iudicas me sedm legem. et contra legem iubes me peccare. Et qui assabant dixerint. Summū sacerdotem dī maledicis? Dixit autē paulus. Ne scribam fr̄s? quia p̄nceps est sacerdotum. Sc̄ptum ē enim. Principem populi tuū n̄ male dices. Sciens autē paulus quia una pars esset saduceor. et altera phariseor. exclamauit in concilio. Viri fr̄s. ego phariseus sū filius phariseor. de spe et de resurrectione mortuorū ego iudicor. Et cum hec dixisset. facta ē dissensio inter phariseos et saduceos. et soluta ē multitudo. Saducei eum dicunt n̄ esse resurrectionē neq; angeli neq; sp̄m. pharisei autē utrūq; confitentur. Factus ē autē clamor magnus. et exurgentes quidam phariseorū pugnabant dicentes. Nichil malū inuenim⁹ in homine isto. Quid si sp̄e loquittus ē ej aut angel⁹? Et cū magna dissensio facta esset. timens tribunus ne disciperet paulus ab iis. missit milites descendere et rapere eum de medio eorum. ac deducere in castra. Sequenti autē nocte assistens ei dñs ait. Constanſ esto. Sicut enim testificatus es de me in iherusalem. sic te oportet rome testificari. **LXXXIII** Facta autē die. collegunt se quidā ex iudeis et deuenerunt se dicentes. n̄ manducatiuros neq; bibituros. donec occiderent paulum. Erant autē plusquam quadriginta iuri. qui hanc coniurationē fecerant. Qui accesserunt ad principes sacerdotū et seniores. et dixerunt. De uotione deuouimus nos nihil gustatiuros. donet occidam⁹ paulū. Hunc ḡ uos notū facite tribuno cum consilio ut adducat illum ad uos. tanguā aliquid certius cognosci de eo. Nos uero prius quā appropiet. parati sumus inficere illum. Qd cum au-

disset filius sororis pauli insidias. uenit et intravit in castra. nunciauitq; paulo. Vocans autē paulus ad se unū ex centurionibus ait. Adolescentē hunc p̄duc ad tribunū. habet eum aliquid indicare illi. Et ille q̄dem assumens eum. duxit ad tribunū et ait. Vinctus paulus vocans rogauit me hunc adolescentē p̄ducere ad te. habentem aliquid loqui tibi. Apprehendens autem tribunus manū illius secessit cum eo scorsū. et interrogauit illū. Quid est quod habes indicare michi? Ille autē dixit. Judeis conuenit rogare te ut crastina die paulū producas in conciliū. quasi aliquid certi inquisiri sunt de illo. tu uero ne credideris illis. Insidiatur enim ei ex eis iuri amplius quam quadraginta. qui se deuouerit n̄ manducare neq; bibere donec interficiant eum. et nunc parati sunt expectantes p̄missum tuum. **LXXXIV** **T**ribunal ḡ dimisit adolescentē. p̄cipiens ne cui loqueretur. qm̄ hec nota sibi fecisset. Et conuocatis duob; centurionib; dixit illis. Parate milites ducentos ut eant usq; cesare am. et equites septuaginta. et lanctarios ducentos. a tercia hora noctis. et uimenta p̄parate. ut imponentes paulū eū salutep̄ducerent. timuit enī neforte rapere cum iudei et occiderent. et ipse postea calumpniam sustineret. ad felicem p̄sidē. scribens ei p̄stolam continentē hec. Claudius lysias. optimo presidi felice salutē. virum hunc p̄phensum a iudeis et inuiciuentem interfici ab eis sup ueniens cum exercitu eripit. cognito quia romanus est. uolensq; scire causam quā obiciebant illi duxi eū in conciliū eorum; quē inueni accusari de questionib; legis ipsoꝝ. nichil ī dignum morde ait iunculus habentē crimen. Et cū ī platum ēt de insidijs q̄s parauerant

illi: misi ad te denuncians et accusatoribus ut dicant apud te. **LXV.** **M**ilites ḡ sedīn preceptū sibi assumentes paulū duxerunt p̄ noctē in antipatridē: et postera die dimissis equitibz ut iarent cum eo. reuisi sunt ad castra. Qui cum uenissent cesareā et tradidissent eplām p̄sidi. statuerunt ante illū et paulū. Cum legisset autē et interrogasset de qua p̄uincia esset. et cognoscens quia de cilia: audiam te iugt cum accusatores tui uenerint. Jussitq; in p̄torio herodis custodiri eum. **LXVI.**

**P**ost quinq; autē dies descendit p̄nceps sacerdotum anamas cum senioribz q̄busdā et tertullo quodam oratore. qui adierunt p̄sidem aduersus paulū: et citato paulo. cepit accusare tētullus dicens. Cū in multa pace agamus p̄ te. et multa corrigantur p̄ tuā p̄uidentia semp. et ubiq; suscipim⁹ optime felix cum omni grārum actione. Ne dūtius autē te p̄trabam: oro breuiter audias nos p̄ tua clementia. Inuenimus hunc hominē pestiferū et concitantē seditiones omnibz iudeis in uniuerso orbe. et auctore seditionis secte nazarenorū. qui etiam templū violare conatus ē: quē ap̄prehensum uolumus sedīn legem nrām iudicare. Supueniens autē tribunū lysias cum ui magna criputt cum iubens accusatores eius ad te uenire: a quo poteris ip̄ se iudicans de omnibz istis cognoscere. de quibz nos accusamus eū. Adiecerunt autē et iudi dicentes. hec ita se habere. Responde autem paulus. annuente sibi p̄side dice. **E**x multis annis esse te iudicem genti. **LXVII.** huic sciens. bono animo p̄ me satis faciam. Potes enim cognoscere. quia n̄ plus dies sunt michi quā duodecim. ex quo ascendi adorare in iherlm: et neq; in templo inueniunt me cū aliquo disputante. aut̄ con-

cursum faciente turbe. neq; in synagogis neq; in ciuitate. neq; p̄bare possunt t̄ de q̄bz nūc accusant me. Confiteor autē hoc t̄ quod sedīn sectam quā dicunt heresim sic destruo patr̄ deo meo. credens omnibz que in lege aut̄ pp̄bis sc̄pta sunt. spem habens in dñm quā et hi ipsi expectant resurrectionē futurā iustorū et iniquorū. In hoc et ipse studeo sine offendiculo conscientiā habere ad dñm. et ad homines semp. Post annos autē plures elemosinas fac- turus in gentē meā ueni et oblationes et uota. in quibz inueniunt me purificatum in templo. n̄ cum turba neq; cū tumultu. et app̄henderunt me clamantes & dicentes. Tolle inimicum nrām. Qui dam autē ḡ asia uidet quos oportebat ap̄ te preto ē: et accusare siquid habereit aduersum me. aut̄ hi ipsi dicant siquid inueniunt in me iniquitatis cum item in concilio. nisi de una hac solummodo uoce qua clamaui inter eos stans. q̄m de resurrectione mortuorū ego iudicor ho- die a uobis. **LXVIII.** **D**istulit autē illos felix. certissime sciens de via dicens. Cū tribunus lysias desenderit. audiam uos. Jussitq; centurioni custodire eum et habe re reguim⁹ nec quengua p̄hibere de suis ministrare ei. Post aliquot autē dies nem ens felix cum drusilla uxore sua que erat de iudea uocauit paulū: et audiuit ab eo fidem que ē in xp̄o ih̄u. Disputante autē illo de iusticia et castitate. et de iudicio futuro. tremefactus felix respondit. Quod nūc attinet uade. tempore autē oportuno audiam te. simul et spe- rans quia pecunia daretur ei a paulo. pp̄ter quod et frequenter accersiens eū. loquebatur cum eo. Biennio autē expleto. ac cepti successorem felix porcum festum.

Volens autem gram prestare iudeis felix reliquit paulum iunctum. festus ergo cum uenisset in iuuentia post triduum ascendit iherosolimam a cesarea: adieruntque eum principes sacerdotum et primi iudeorum aduersus paulum et rogabant cum postulantes gram aduersus eum ut uiberet p[ro]pria eius in iherusalem: in siudas tendentes ut eum interficerent iniuria. festus autem respondit seruari paulum in cesa- rea: se autem maturi prefecturum. Qui ergo in iudeis ait potentes sunt descendentes simul siquid est in iure crimen accusent eum. Demoratus autem inter eos dies non amplius quam octo aut decem descendit cesaream: et altera die sedet per tribunal et uisit paulum adduci. Qui cum adductus esset. circumsteterunt eum qui ab iherusalem descenderant iudei: multas et graues causas obicientes quas non poterant probare. Paulo autem ratione reddente quoniam neque in legem iudeorum neque in templum neque in cesare quicquam peccauit. festus iudeis uolens gram prestare respondens paulo dicit. His iherusalem ascendere: et ibi de his uidicari apud me. Dixit autem paulus: Ad tribunal cesaris sto: ubi me oportet uidicari. Iudeis non nocui: sicut tu melius nosti. Si eni[us] nocui aut dignum morte aliquid feci: non recuso mori. Si uero nihil est cor que hi accusant me: nemo potest me illis donare. Cesare appello. Tunc festus cum consilio loquutus respondit. Cesare appellasti: ad cesa- rem ibis. **LXVII** **E**t cum dies aliquantum transacti essent: agrippa rex et beronice descendenterunt cesaram ad salutandum festum.

& cum dies plures ibide[m] mora- rentur. festus regi uidicauit de paulo di- cens. vir quidam est derelictus a felice tun- ctus: de quo cum essem iherosolimis adierat principes sacerdotum et seniores iudeorum.

postulantes aduersus illum damnationem. Quos responderi: quia non est consuetudo romanis donare aliquem hominem priusquam si qui accusatur presentes habeat accusatores: locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina que obiciuntur. Cum ergo hoc conuenissent: sine uila dilatione sequentie die sedens per tribunal iussi adduci uiri. De quo cum stessent accusatores: nulla causam deferabant de quibus ego suspicabor malum. Questiones si quasdam de sua superstitione habebant aduersus eum: et de quodam ibi defuncto quem affirmabat paulus uiuere. Hesitatis autem ego de huicmodi questione. dicebam si uellet ire iherosolimam: et ibi uidicari de istis. Panlo autem appellante ut seruaretur ad au- gusti cognitionem: iussi seruari eum donec mittam eum ad cesarem. Agrippa autem dixit ad festum. Uolebam et ipsum ho- minem audire. Et festus: eras inquit au- dies eum. Altera autem die cum uenisset agrippa et beronice cum multa ambi- tione. et intrivissent in auditorium cum tribunis. et uiris principalibus ciuitatis: iubente festo adductus est paulus. & dicit festus. Agrippa rex et omnes qui simul uenisti nobiscum uiri: uidetis hunc de quo omnis multitudo iudeorum interpellauit me iherosolimis petens et clamans non oportere eum uiuere amplius. Cgo uero copi nihilcum dignum morte admisisse. Et cum dixisset ei: uis uidi cari cui es in iherusalem: cesare appellauit. Ipso autem hoc appellante: ad augustinum uidicari mitte. De quod gemitu scribam. Indecens est enim hunc hominem sine causa mittere iunctum regi: et causa eius non significare. Agrippa uero ad paulum

ait. Permititur tibi loqui. per te in te ipsum. **LXXX.**  
**T**unc paulus extenta manu cepit rationem reddere. De omnibus quibus accusor a iudeis rex agrippa estimo me beatum apud te cum sis defensurus me hodie. maxime te sciente omnia que apud iudeos sunt consuetudines et questiones. Aperte quod obsecro. patienter me audias. Cuiusdem uitam meam a iuuentute que ab initio fuit in gente mea in iherusalem nouerunt omnes iudei. priscientes me ab inicio si uelint testimonium prohibere. quoniam secundum sectam certissimam nostrae religionei uixi semper. phariseus. et nunc in spe que ad patres nostros reprobationis facta est a deo. sto iudicio subiectus. in qua duodecim tribus nostrae nocte ac die seruientes sperant detinere. De qua spe accusor a iudeis rex. Quid incredibile iudicat apud uos. si dominus mortuos suscitat? Et ego quidem existimaueram me aduersus nomen ihu nazareni debere multa contraria agere quod et feci iherosolimis. et multos scori in carceribus ego conclusi. a principibus sacerdotum protestate accepta. Et cum occiderentur detuli sententiam. et per omnes synagogas frequenter puniens eos compellebam blasphemare. et amplius insaniens in eos persequabar usque in exteriores ciuitates. In quibus dum irem damascum cum potestate et permisso principum sacerdotum. die media in via uidi rex de celo super splendorē solis. circumfusisse me lumen. et eos qui mecum simul erant. Omnesque nos cum decidissemus in terrā. audiui uocē loquentē michi hebraica lingua. Saule saule quid me persequeris? Duxi enim est tibi contra stimulū calcitrare. Ego autem dixi. Quis es domine? Dominus autem dixit. Ego sum ihu quem tu persequeris. sed exurge

et ita super pedes tuos. Ad hoc enim apparet tibi. ut constitua te ministrum et testem eorum quae uidisti. et eorum quibus apparabo tibi. eripiens te de populis et gentibus in quas nunc ego mittio te aperte oculos eorum. ut conuertantur de tenebris ad lucem. et de potestate satanæ ad dominum. ut accipi ant remissionē peccatorum. et sortem inter scōs. per fidem que est in me. Unde rex agrippa non fui incredulus celesti uisioni? H̄is qui sunt damasci p̄mum et iherosolimis. et omni regioni iudei. et gentibus annunciabam ut penitentiā agerent. et conuerterent ad dominum. digna pententie opera facientes. Hac ex causa me iudei cum essem in templo comprehendens temptabant. uolentes me interficere. Auxilio autem adiutus domini usque in hodiernū dīto testificans minori atque maiori. nichil extra dicens quam ea que prophetæ sunt loquuntur futura esse et moyses. si passibilis christus. si primus ex resurrectione mortuorum. lumen annunciaturus est populo et gentibus. **LXXXI.**  
**H**ec loquente eo et rationē reddente. festina magna uoce dixit. Insanis paulus. Multe littere te ad insaniam conuertunt. Et paulus. non insano inquit optime feste. H̄i ueritas et sobrietatis uerba loquor. Scit enim de his rex ad quē et constanter loquor. Latere enim eū nichil horum arbitrii. neque in angulo quaque horum gestū est. Credis rex agrippa prophetis? Scio quia credis. Agrippa autem ad paulum. In modico suades me christianum fieri. Et paulus. Opto apud dominum in modico et in magno. non tantum te sed et omnes hos qui audiunt hodie fieri tales. qualis et ego sum. exceptus uniculis his. Et exurrexit rex et prophetae. et beronice. et qui assidebant eis. Qui cum secessissent loquebant adiuicē dicentes. quia

nichil morte att vinculis dignū quid fecit  
homo iste. Agrippa autē festo dixit. Dimit  
ti poterat hic hō sin appellasset cesarem.  
**A**utē iudicatum ē cum nauigare **LXXXI**  
in italiā. et tradi paulū cum reliqui custo  
dys centurioni nomine iulio cohortis au  
guste. ascendentis naum ad rumetinā  
incipientes nauigare circa aby loca susti  
limus. psteuerante nobiscum aristarcho  
macedone thesalonicense. Sequenti autē  
die. deuenim⁹ sydonē. Humane autē tra  
ctans iulius paulū pmissit ad amicos ure  
& curam suę agere. Et inde cum sustulisse  
mus subnauigauim⁹ cypri propterea  
qd essent uenti contrarij. et pelag⁹ cilicij et  
pamphilij. Nauigantes uenimus listram  
que est lice⁹. et ibi inueniens centurio na  
um alexandrinā nauigantē in italiā. trans  
posuit nos in eā. & cum multis dieb⁹ tar  
de nauigaremus et uix deuenissim⁹ contra  
gndū. phibente nos uento. ad nauiga  
uimus crete iuxta salmonē. Et iuxta na  
uigantes uenimus in locū quendā qui uo  
catur boni portus. cui iuxta erat ciuitas  
thalassa. Multo autē tempore pacto. et cū  
iam n̄ esset tuta nauigatio. eo qd ieumū  
iam pterisset. consolabat̄ eos paulus dicens.  
Viri uideo qm̄ cum iuriā et multo dāpno  
non solū oneris et nauis. sed etiā animarū  
nītarium incipit ē nauigatio. Centurio  
autē gubernatori et nauclero magis crede  
bat. quam his que a paulo dicebant̄. & cū  
aptus portus non ēt ad hyemandum. plu  
rum statuerunt consilū nauigare inde.  
si quom̄ possent deuenientes phenicem hy  
emare portū crete respicientē ad affricum  
et ad chorū. Aspirante autē austro esti  
mantes. ppositā se tenere. cum sustulissent  
de assoz. legebant cretā. Non p̄ multum  
autē temp̄ misit se contra ipsam uentus

typhonē. qui uocatur euroaguilo. Cumq;  
arrepta ēt nauis et non posset conari in  
uentū. data naui flatibus ferebantur. In  
sulam autē quandā decurrentes que uoca  
tur cauda. potimus ux optinere sca  
pham. Qua sublata adiutorijs utebant̄.  
accingentes naum timentes ne in fures  
inciderent. summissō uase sic ferebantur.  
Valida autē nobis tempestate iactatis.  
sequenti die iactum fecerunt. et tria die  
suis manib⁹ armamenta nauis pieccrūt.  
Hęc sole autē neq; syderib⁹ apparentibus  
p̄ plures dies et tempestate n̄ exigua im  
minente. iam ablat̄a etat spes om̄is  
salutis nr̄e. Et cum multa ieunatio fu  
isset. tunc stans paulus in medio eorū dicens.  
Oporebat quidem ouiri auditio me n̄  
tollere a creta. luci⁹ facere iuriā  
banc et iacturā. & nunc suadeo uob⁹ bo  
no animo ē. Amissio enim null⁹ anime  
ert ex uobis. preter quā nauis. Assitit  
enim michi bac nocte angls dī. cui⁹ sum  
ego. et cui⁹ deseruio. dicens. Ne timeas  
paule. cesari te oportet assistere. Et ecce  
donauit t̄ dī om̄is qui nauigant tecum.  
Propter quod bono animo etote uiri. ar  
do enim deo meo. quia sic ert quēadmodū  
dictum ē michi. In insulā autē quandā  
oportet nos deuenire. **LXXXII** Sed postea  
quam quartadecima nox supuenit. nau  
gantib⁹ nobis in adriā. circa medianam  
noctē suspicabant̄ nauigantes apparere sibi  
aliquā regionē. Qui et summittentes po  
lidem iuenerunt passus iuganti. et pusil  
lum inde separati. iuenerunt passus qm̄  
decim. Timentes autē ne in aspera loca  
incideremus. de puppi mittentes ancho  
ras quatuor. optabant diem fieri. Huius  
ū querentib⁹ fugere de nau. cū misserint  
scapham in mare sub optentū quasi in